

Noli erubescere testimonium Domini nostri.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli
ad Timótheum

1, 6-8. 13-14

Caríssime:

- ⁶ **A**dmóneo te,
ut resúscites donatióem Dei,
quæ est in te per impositiόnem mánuum meárum;
⁷ non enim dedit nobis Deus Spíritum timóris
sed virtútis et dilectiόnis et sobrietátis.
⁸ Noli itaque erubescere testimónium Dómini nostri
neque me vinctum eius,
sed collabóra evangélio secúndum virtútem Dei.

[9-12]

- ¹³ Formam habe sanórum verbórum, quæ a me audísti,
in fide et dilectiόne, quæ sunt in Christo Iesu;
¹⁴ bonum depósitum custódi
per Spíritum Sanctum, qui hábitat in nobis.

Verbum Dómini.